Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



16 83

pat deũ equalem se faciens deo Respondit itaq; iesus et
dixit eis. Amen amen dico uobis non potest filius
a se facere quicq̃: nisi quod uiderit patrem facientẽ
Quecũq; enim ille fecerit: hec et filius similiter facit
Pater enim diligit filiũ: et oia demonstrat ei que ipe
faciat et maiora hys demonstrabit ei opa: ut uos
miremini Sicut enim pr̃ suscitat mortuos et uiuificat.
sic et filius quos uult uiuificat Neq; enim pater iu
dicat quẽq̃: sed iudicium dedit filio ut omnes ho
norificent filiũ: sicut honorificant pr̃em Qui nõ
honorificat filiũ: nõ honorificat patrem q̃ misit
illum. Amen amen dico uobis: quia qui uerbum
meũ audit et credit ei qui misit me: habet uitam
eternam Et in iudicium nõ ueniet: sed transit a mor
te in uitam. Amen amen dico uobis: quia uenit ho
ra et nunc est: quando mortui audient uocem
filij dei et qui audierint uiuent Sicut enim pater
habet uitam in semetipso: sic dedit et filio uitam
habere in semetipso Et potestatem dedit ei iudicium
facere: quia filius hominis est Nolite mirari hoc
quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient uocem eius et procedent qui bona fe
cerunt in resurrectionem uite: qui uero mala egerunt
in resurrectionem iudicij Off. Omnine adadiuuandũ
me festina. confundantur omnes aduersantes michi Secretum
Purifica nos domine deus ut etiam tue preces que tibi
grate sunt pia munera deferentes fiant expiatis
mentibus gratiores Per dominum Omnine memo
ra uirtutis tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et
usq; in senectam et senium deus ne derelinquas me Compl.
Celestia dona capientibus qs dne nõ ad iudicium